



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Coppensteinivus Conceptuum Prædicabilium In Dominicas Festaqve omnia per Annum

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1624

Dominica I. Post Trinitatem. Homo quidam erat dives, & induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Luc. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51556)

DOMINICA I. POST TRIN-
NITATEM.

*Homo quidam erat diues, & indueba-
tur purpura, & bysso, & epul-
batur quotidie splendide.*

LUC. 16.

DEUS, *Leu. 1.* præcepit, vt Pontifex duos
hircos, ad ostium Tabernaculi sile-
ret Domino; immolaret alterum, alterū
peccatis populi, & imprecationibus onu-
stum eiiceret in desertum. Hic, erat Epu-
lo, Lazarus ille.

Super quibus nos

- I. De noxia diuitiarum.
- II. De Diuite purpurato.
- III. De Epulone.
- IV. Quales sint diuites erga Lazaros.
- V. De virtutibus morte.

P A R S I.

De noxia diuitiarum.

*Diuitia
hostibus
dāt ansā.*

LYCURGUS, Legislator Lacedæmonio-
rum, rogatus ab his, qua maxime re
ab inimicis tutiores forent, ait. Si pauper-
tatem colueritis, diuitiis ab rep exulanti-
bus. Ita Christianus ab dæmonibus tuti-
or, quo contentior paucis, ac suo. 1. Nā,
1. Tim. 6. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in
laqueos diaboli. Et laqueos hos quæritis fi-
lij Dei?*

*Possidēt
enecans.*

2. Similes in hoc bombycibus, qui filis
se euiscerant, ac emedullant ductis, quo
mollem sibi lectulum apparent. At car-
cerem, & sepulchrum sibi struunt, in quo
moriātur. Ita structores diuitiarum, ho-
norum, ac voluptatum mundi.

*In peccatū
ducunt.*

3. Nemroth. *Gen. 12.* Babylam extruens,
non verebatur consecuturam confusio-
nem. Ita turris opum, ac dignitatum
babylonicus. 4. Giezi, 4. Reg. 8. accipiens
munera ab Naaman, non putasset, se le-
pra puniendum. Ita multi persuadent fi-

bi, se non agere sceneratorie; simoniacæ,
sacrilege, auare, aut quoquo modo in-
iuste.

II. Ergo technas disce Satanæ; & fuge. *Laqueus.*

1. Est is, qualis vxor Putipharis: *Gen. 39.*
primo sollicitat, rogatq; ad scelus; dein
negantem pallio prendit, vt cogat; delu-
sa furit, & calumniatur. Ita tentator pal-
lio diuitiarum te pertrahet, ni relicto il-
lo te in fugam dederis.

2. Alexander Magnus, ait *Plutar. & Q.*
Curt. cum Dario de summa regni prælia-
tur, visa optime instructa acie suorum,
simul & prolixas Macedonum barbas, a-
tebat iocatus: *barbas abrauisse oportuit, ne an-
sam afferrent hosti.* In pugnam paramur ab
Iesu. Quare ansam ne dæmoni affera-
mus ipsi diuitias, queis presemur raptā-
di ad necem.

3. Samsoni crines roboris sui: *Iudic. 16.*

4. Absaloni sua formositas casacies
auricoma, 2. Reg. 14. fuit exitio. Ita sua E-
puloni, sua dromoni in lecto, sua filio
prodigo, sua multas habenti possessiones
Opulentia.

P A R S II.

De Diuite purpurato.

HISTORIA facti, non parabola ficti hic
refertur. Ita S. Patres, Aug. Ambr. *Abusus*
Chryf. Greg. Iren. Bern. Cum quo dico: *pum.*
ab his columnis disti. ile auellor. Ratio. Quia
in parabolis propria poni nomina insue-
tum. Hic diues abusu opum vertit opes
in tuum damnum. 1. Vt aranea succum
floris optimum in venenum pessimum. *1. Veneno-
sus est*
At peccatum pessimo peius est. 2. Vt Is-
raelita Aegypto egressi, spolia secum ex-
portarunt Aegypti; at eas post maris ru-
bri transitum contulerunt in idolum. *2. Idolola-
tricus est.*
38. Beneficium vertit eis in scandalum &
peccatum. Data in cultum Dei, transeunt
opes ad cultum idoli. Vere & luxuria &
auaritia, &c. est idolorum seruitus, Eph. 3.

V

3. Cum

3. Tene-
brat
4. Remo-
nes à Deo.

3. Cū plena est luna, tunc tantū patitur eclipſim. Ita turgidi diuitijs, sunt inanes abgratijs, & obſcurati peccatis. 4. Proinde vti quo plenior luna, eo remotior eſt à So- le; ita, quorum *arca flagellat opes*, eorum ſunt corda remota Deo. Minima eſt illi cura de peccato redimēdo eleemoſynis, qui angitur de opibus congerendis. Is doleret de male partis, qui male parere non deſinit? Talis hic diues.

Exempla
luxus vi-
ſium.

II. Quæ damnati cauſa? Quia indueba-
tur purpura, & byſſo. 2. Epulabatur quotidie
ſplendide. 3. Lazarum negligebat. Quid
futurum eſt Proteis, & Chamæleontibus
noſtris, qui in dies formam mutant & co-
lorem veſtitus? 1. Heliogabali Imp. tanta
erat veſania, vt veſte vna ſemel duntaxat
vteretur, nec ſæpius vna muliere; vt quæ
vniõibus calcæos ſtiparet. Aonij Roma-
ni Senatoris luxus tantus, vt *Plinio teſte*,
annulum gereret coronatorum quinque
millibus æſtimatum. Similis hic diues
byſſo indutus. At hoc quam hodie etiã
populare eſt? Nobile iſtud, eſſe turritas ca-
pite, calamistratas, mitellatas, fucatas,
&c. Quæ deteriora diuize hoc; quia lu-
xurioſa ſunt.

At infeli-
ciſſimus.

3. Dominici Syluij, Ducis Venet. vxor
tanti luxus fuit, vt *Sabellicus*, & *Damianus*
referunt, vt non niſi rore molli manus
lauaret, fuſcinulis aureis vteretur in
veſcēdo, cubile odoribus exoticis ſuffi-
ebāt famulæ. Morbo autem correpta tam
ponticum ſcetebar, vt deſerta miſerri-
me expiraret. Quanto fuiſſet potius, imi-
tatam eſſe Chriſtum vnias veſtis geſtatio-
ne, Apoſtoloſq; nudipedes, & lacernosos?

PARS III.

De epulone.

Luxus cõ-
muniõrum
participia-
tis eſt.

I. Epulabatur ſplendide. O epulæ; quot
malorum vomica 1. Vos Abſalo-
nis manus incaſtuoli fratris. Amon ſan-
guine lauatis. 1. *Reg. 13.* 2. Balthafari Regi,

ex Templi vaſis pergræcanti, terrorem
mortis prouocatis, mortemque ipſam.
Dan. 5. 3. Herodi ſententiam capitis in Ba-
pſillam dictatis. *Marc. 6. 4.* Iobum orbem
liberis redditis: orbem fauore Dei &
gratiã.

II. Veteres à quanto luxu notantur in-
fames? 1. *Lucullus* Imper. Rom. ait *Plut.*
Pompeio & Ciceroni, dedica opera ve-
nientibus ex improuiſo cœnam præbet
decem millibus Carcolorum. Deditque
proverbio locum: *Loquitur, vt Cato. viuit*
vt Lucullus. 2. *Cleopatra* Aegypti Regina
M. Antonio præbuit vnico hauſtu gem-
mam colliquatam & æſtimatam centum
millibus coronatorum: Et alteram auri-
culæ detractam addidiſſet, ni Antonio
obſtiſſet: *Plut. in Ant. 3.* Eius medicus for-
te culinam ingreſſus vidit octo ipſos a-
pros vaſtos in verub⁹ torreri præter ob-
ſonia cætera plurima. Sciſcitantibus, ecquid
ad Reginam diuertiffent? cocus ait: Ne-
mo præter Antonium. 4. *Vitellius* frater
in cœnam dedit aduentitiam piſciũ duo
millia: auium ſeptem millia: dicens, *aut*
Cafarem, aut parcum eſſe oportet. Ita *Suet. in*
Vitel. c. 13. 5. *Heliogabalus* vna cœna ſibi iuſ-
ſit apponi ſexcenta capita ſtruthionum.
Sic Ael. Lamp. 6. Athenus lib. 12. prodit *Sy-*
baritay venatoribus mille, milleque co-
quis, ſtipatum ad amafiæ ædes inuiſſe.
Hoc cœne epulari ſplendide?

O diues, diues, non omni tempore viues.

PARS IV.

Quales ſunt diuites in Lazaros.

I. **E**Rat quidam medicus. Ad huius vlcera
cæcutit diues: ad clamorem obſur-
deſcit: ad miſeriam indureſcit. 1. Deto-
nent licet cœli: nil tamen rupes percel-
luntur: Talis hic diues. 2. Talis *Nabal.*
2. *Reg. 25.* *Dauidi*, quamuis optime de ſe
merito negauit cibaria. Periffet: ni vxor
ſapientia prouidiſſet. Quot hodie ingrati
Naba-

Diuites
immites
Stulti.

Nabales ? quibus in hoc deserto Dei seruis multa precibus ac meritis : & non est qui recogitet. Vx:

Lapidei.

3. Plinius lib. 2. refert, fluvium esse, in quē arbores aut plantæ coniectæ mox lapidescant. Talis vorago & oceanus diuitiarum est hic epulo: apud quem lapidescunt omnia, vt nil seruiat cuique pauperum.

Infructuosus.

4. Vt arbores, quæ in præruptis tant locis, & inaccessis fructus efferunt feris solum auibus. Ita diuites cum stent in præcipitiis superbix, opum eius fructus cedunt coruis orci. Nec enim accessus est pauperibus.

Afflictio: consolatio.

II. Canes lingeant. Cane peior & angue diues est epulo. At fide, Lazare; vt Iob in sterquilino conde omnia tibi duplo reddentur. 2. Sustine pauxillum afflicte Mardocheæ: erit, cum superb. Aman in malam crucem abibit: tu in gloriam. Esth. 6. 3. Consolare Daniel, c. 6. in lacu leonum posite: Abacuc, te pascet, te Rex educet, ac vindicabit.

4. Spera Elia, 3 Reg. 19. fugitans Iezabelis: te famelicum vel corui, vel Angeli pascet, ducent; ac reducent. 5. Age Dauid; etsi mensa Saulis exclusus, in deserto vagus, anceps vitæ, morti deditus: fide, dabit his meliora Deus. 8. Tuque Lazare. Pl. 34. *Lacta super Dominum curam tuam, & ipse te enurriet.*

PARS V.

De vtriusq; morte.

Mors par.

I. **F**actum est, vt moveretur medicus: & diues, Nimirum, vt Hor. l. 1. Ode 4.

Pallida mors æquo pulsat pede

Pauperum tabernaculis, Regumq; turres:

Nam vt sidera, in Oriente orta, post mille cursus ac recursus, demum in Occidente occidunt omnia; ita vno progressu ortu, occumbimus pari occasu, Sed nõ euentu pari. Nã. is in sinu Abrahæ: Epulo inferno cõditur: Heu quali sepulcro hoc?

1. Ita Apoc. 12. visa mulieres dux: Altera in ops in sacco: altero in bysso, & auro, cui Reges ministrabant. At continuo subuertitur hæc sententia, quæ fertur Apoc. 15. *Quantum glorificauit se, & fuit in delicijs; tantum date illi tormentum.* Ita exiit in sacco, induitur regijs, coronatur aurea.

Sors dispersa.

2. Ita Nabuchodonosor æa arbor, Dan.

4. (sub qua bestix habitabant, & pascebantur, non homines) excisa periit. 3. Ita Dagon Idolum corruit comminutum; sicut Epulo hic.

II. At Lazarus. i. est arca, anteq; corruit Dagon: In qua erat Mannapatientiæ, Virga tribulationis; Legis tabularum obseruatio. Tales in hac valle lacrymarum, qui possunt dicere, Pl. 43. *Humiliasti nos in loco afflictionis, qui hic mundus est.* 2. Sicut, 3. R. g. 9. in monte Libano lapides secti a-prabantur sic, vt in loco Templi tantum componerentur, neq; vel ictus mallei audiretur; ita expolimur hic, in monte hoc saxoso mundi, afflictionibus, & in templo gloriæ construimur sine strepitu vel ictus vllius.

DOMINICA II. POST TRINITATEM.

Homo quidam fecit cenam magnam.

Luc. 14.

Asuerus Esth. 11. 120. prouinciarum, ac Persiæ Rex, anno tertio regni optimaribus epulum parauit lautissimum. Ita. Ita anno 3. prædicationis suæ IESVS orbem inuitauit ad epulas beatitudinis.

De hoc nos

I. Detestabile ingratiitudinis vicium esse.

II. Cœnæ cur magna.

III. De vitio excusationis.

IV. De emptore bouum.

V. De vxorato.

V 2

PARS